Sene fa mentione nella p̄a letta

Assecuratio Ordinibus Spualibus Regni Poloniae, quam M. D. L. Palatinatibus Kiovien, Braslavien, Czernichovien authore Comitiali data, quae licet pntibus Comitijs ex rationibus Status non potuit volumine Legum comprehendi, tamen vim legis obtinet, et pro inserta in Volumine legum haberi debet.

Siquidem Gens Cosatica efferata, et extra Statum manens nullis medijs Civilibus adduci nequit ad fidelitatem, neque media securitatis continendae cum hac Gente (quae suâ perfidia Rempublicam non tantum perduxit in ultimum discrimen, sed et extra turbavit Dominia) inveniri potest. Unde nec Commissiones illos in obsequio continere potuerint, quandoquidem toties, quoties malitiose redeunt ad perfidiam, et plane eludendo Rempublicam impossibilia, et indignia petunt. Quemadmodum post recentem Commissionem Hadoviacam non contenti hac Commissione requisiverunt à Republica injusta quaeque, et inverisimilia; Ergo considerando rationes Status nostri, debuimus ad presens connivere ipsis, ne extrema rabie ad Ducem Moschoviae, vel alium externum